

definitione temporis diei novissimi, alienissimam esse cupiunt,  
ideo Ecclesia Christi iudicio eam subjiciunt, & alijs virtutis doctis ulterius de eis cogitandi occasionem suppeditatam volunt, uti prae certe-  
ris D. Phil. Nicolai facit l. 2. de regn. Christi c. 1. qui terminum N. T. posuit  
annum 1670, (confer quae in hanc sententiam habent B. Lutherus in  
comm. cap. 12. Danielis in Bibl. Germ. Herbrandus in Compend. tit. de consum.  
seculi, ) magnum tam apud omnes pios meritò momentum habet vox  
Christi Acto. 1. v. 7. & Mar. 13. v. 32 de die illo vel hora nemo scit neque  
angeli in cœlo neque filius nisi Pater, quantæ ergo temeritatis esset  
certi quid de huius temporis termino praedicere?

9. Vel δοξαν κως sumitur, & hoc modo notat scripta Aposto-  
lorum, & doctrinam Christianam in Ecclesia Christi sonantem, quae  
hanc ob causam superædificata dicitur super fundamentum Aposto-  
lorum Eph. 2. v. 20. Apoc. 21. v. 14. ministeriale videlicet ad huc aliud  
principale habeat fundamentum, petram illam solidissimam Chri-  
stum Jesum, qui in citato loco Paulino ex Psal. 118. v. 22. summus angu-  
laris lapis vocatur, fundamentum, præter quod aliud nemo ponere  
potest, 1. Cor. 3. v. 11. Vel διαθηκως, & iterum in sensu rotali notat  
sœdus N. T. inter Deum & homines sancitum de gratia in Chri-  
sto mediatore exhibita, veraque fide nobis apprehendenda Ierem.  
31. v. 32. Heb. 8. v. 8. seq., in sensu vero partiali Sacra-  
menta N. T. exprimit, sic Baptismus dicitur πτερωτημα, stipulatio, Oecumenio pignus &  
arribabo, Luthero, der Bund eines guten Gewissens mit Gott/  
3. Pet. 3. v. 21. in Eucharistia sanguis N. T. Matt. 26. v. 28. ubi probant  
notant Theologici comparationem propositionis Christi & Moysis  
Exod. 24. v. 8. quae repetitur Heb. 9. v. 20. Rationem appellationis,  
quod hoc novum illud vetus testamentum vocetur, quintuplicem,  
a solenni promulgatione, prioritate & posterioritate &c. desum-  
ptam viderelicet apud Dn Chemn. p. 3. Loc. Theol. p. m. 97.

10. Hæc de ονεματολογιᾳ, sequitur πραγματολογia ipsa, quæ  
erit vel absolute vel comparativa; illa aveo συγκρισεως utrumque  
testamentum considerat, hæc utriusque convenientiam & differen-  
tiam examinat. Vetus itaque testamentum nihil aliud est quam pactum  
legis divinae in monte Sinai inter Deum & populum Israeliticum magna  
solemnitate

solemnitate